

originali peccato nasci + impietate subditum
mortiq; subiectum. et ob hoc natura ire nasci
filium. De qua dicit apostolus. **E**ram⁹ enim
et nos natura filij ire sicut et ceteri. **A** qua ira
nullus liberatur nisi per fidem mediatoris dei
et hominum hominis ihesu cristi q̄ sine pecca
to conceptus + sine peccato natus + sine peccato
mortuus + peccatum pro nobis factus est + idē
sacrificiū factus est pro peccatis nostris. **I**n
veteri quippe testamento peccata dicebantur
sacrificia que pro peccatis offerebant. **I**n q̄
bus omnib; fuit significatio cristi + quia ipse
est agnus dei qui tollit peccata mundi +

Immittite tene et nullaten⁹ dubites
non solū homines iā ratione vtētes +
verum etiam paruulos qui huc in vte
ris matrum viuere incipiunt et ibi moriunt^r
huc iam de matrib; nati + sine sacmēto sanc
ti baptismatis qđ datur in nomine patris et
filij et spiritus sancti. De hoc seculo transeūt
ignis eterni sempiterno supplicio puniendos
Quia + si peccatum proprie actionis nullum
habuerūt. originalis tamen peccati dampna
cionē carnali conceptōe et natiuitate traxerūt